



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 68. Hoc Pontificis decretum Nuntiis apostolicis Inquisitoribus, aliisque insinuatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. hæc scribere haud dubitabat: *Paulo V. A. C. 1607. auctor fuisse memoratur Perronius, ut lemniſis diſputatio de auxiliis gratiæ efficaciæ libero arbitrio & Prædeſtinatione excitandi & periculofis opinionibus opportunior, quam ferendis fructibus, ſilentio involueretur.*

§. LXVIII.

Hoc Pontificis decretum Nuntiis Apoſtolicis Inquiſitoribus, aliisque inſinuatum.

Hift. Congr. l. 4. c. 23. & 24. Abrege l. c. Pegna in adverſ. **H**oc Pontificis decretum, quamprimum publicæ luci datum, nulla mora Nuntiis Apoſtolicis necnon hæreticæ pravitate Cenſoribus eo fine communicatur, ut hanc litem non quidem finitam, vel deciſam, aut uni parti adju dicatam, ſed duntaxat ſuſpenſam, atque ad opportunius tempus dilatari eſſe innotefceret: Idem quoque die quinta Septembris Claudius Aquaviva Societatis Præpoſitus miſſis per omnes Provincias Encyclicis literis ſignificabat. Hiſpani quoque Inquiſitores omnibus ſibi ſubjectis denuntiarunt, quod Pontifex opportuno tempore ſuam hæc in cauſa definitionem evulgaturus eſſet, proin lite nondum deciſa interim curæ data ſit facultas, ut quoad ſua Sacerdotitas reſolvat de hac controverſia, poſſint diſputare & tractare de præſata materia.

quin tamen quis alterutrius sententiam censuris perstringere audeat. Quamvis ex ipsis Pontificii hujus decreti verbis luculenter pateat, Molinæ sententiam toties a Censoribus notatam, nondum tamen Apostolico iudicio damnatam, sed adhuc toleratam fuisse, nihilominus in variis Hispaniæ urbibus festivi ignes ludique instituti, triduanæ feriæ Scholaribus indictæ, tauri per plateas & vicos agitati, castrenses tibicines & Tympanotribæ diu noctuque auditi, ac denique triumphales arcus magna mole fuerunt erecti, quorum in fronte titulus aureis literis incisus legebatur: *Molina Victor*. Attamen tantilla hæc dilati fulminis refrigeria, atque inde captata gaudia non citra indignationum æstus steterunt; postquam enim Fratres Prædicatores, atque inter eos præcipue Joannes de Arcediano Hispaniæ Provincialis die vigesima sexta Novembris datis ad Papam literis de hac injuria quererentur, ac Franciscus Pegna Rotæ Romanæ Decanus, intempestivi hujus plausus scandala graviori Sermone coram Pontifice exponeret, hic datis ad Hispaniæ Regem literis declarabat, proximam hujus litis decisionem sibi adhuc cordi esse, falso autem asseri, quod Molinistarum opinionem tanquam probabilem approbasset. Hac igitur ratione

Sæc. XVII.
A. C. 1607.

*Præf. Hist.
Congr. S. 12.
P. Labbe
Jes. l. 2.
elog.*

nimis

Sæc. XVII. nimis præfestina quorundam victori
 A. C. 1607. evanuit, brevi tamen revixit pro utra
 que sententia decertantium ardor, ut
 vero potior sit, judicent docti. Pro qua
 autem parte historica hujus dissidii ve
 ritas stet, *compendio res ageretur*, inquit
 Norisius Cardinalis in vindiciis Augu
 stinianis, *si liceret acta Congregationum
 recitare*, producendo, quibus opposita
 pars caret, antiquiora & coeva testi
 monia ex Historicis commentariis Tho
 mæ de Lemos, Francisci Pagnæ & Co
 ronelli, qui omnes ea ætate tum Romæ
 fuerunt præsentibus, maximamque
 actis ipsis partem habuere: Ceterum
 circa hunc articulum Religionis pio
 silentio litandum est: id tamen omnino
 compertum habetur, quod Calvinistis
 impositum Pontificis silentium in res
 suam vertentes passim divulgarent. Se
 mipelagianismum in Ecclesiæ Romanæ
 gremio tolerari: hos tamen doctissimo
 Bossuetius solide confutavit.

§. LXIX.

*Pacis atque induciarum negotiatio
 Belgio Catholicos inter &
 Fœderatos.*

*Gallus. de
 Bello Belg.
 lib. 20.
 Grotius l. 15.
 & seqq.*

Sub idem tempus, quo Romæ dogma
 tica concertatio inter Thomistas &
 Molinistas sententiæ suspensione con
 quiescit.